2.82

(25R) et sicut per diversa loca sunt disparsi (dispersi) sic in universis partibus eorum ydiomatis verbalis prolacio et interieccione et adiunccione aliorum ydiomatum variatur cumque Theutunici tanquam (tamquam) girovagi orbem perambularent Alie naciones non intelligentes (intelligentes) hoc ydioma cum tanquam (tamquam) canes latrarent mutos fore Theutunicos estimabant (et add.) sicut Slavi (Sclaui) nyemecz idest mutum quemlibet appellabant Theutunicum sic Boemi nyemecz quemlibet niemcz quemlibet nominant subsequenter et cum Theucades partem illius servilis gentis in servitutem hinc (huc) inde disparsisset (dispersisset) cum residuo quoque populi in sollitudinem (solitudinem) deserti bauarie pervenisset sibi ibidem ducatum sinistre et extranee usurpavit a quo plures (ducatus add.) almanie sunt absnode in posterum derivati. dicuntur autem hee omnes nove et signanter Theututice (Theutunici) regiones Almania (Almani) idest totaliter omagiales (homag.) quia licet Theucadice (Theucadice) ducatus in deserto usurpaverant tamen cogebantur sacro imperio romano (Rom. imp.) deservire sic licet principes de novo (de nova) facti forent quod tamen (cum) serviles deberent persistere in eternum crantque sed iam sunt in parte maxima libertati per hoc (!) (hunc) modum. Nam tota generacio Theutunica (Theucadica) ultra alias naciones ablacione mercium de regione una et alacione (allacione) in aliam mundo famulatur cottidie (continue) eatenusque bonorum copia predotantur (mat.) maxime (pred.) sic per auri habundanciam coemptive et per fictam blandiloquenciamque famulamen ad occulum (oculum). Tandem cum (tandem quia cum) involuerunt per violenciam principatus provincias civitates castra fortalicia municiones theolonia (theolonea) et alia multa libera hereditia et nobilissima (bona add.) cum immensis

Margin notes: dafür: ch; amh!; 128R; !